

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 74. Cardinales Legati ad Sigismundum Cæsarem missi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

reversa erat. Interea Ladislatus in sui Sæcul. XV.  
locum Comite de Troya tanquam Pro- A.C. 1413.  
Rege Romæ relicto, Neapolim proficisci-  
tur; Marchioni verò Atestino omnium  
copiarum in Patrimonio Ecclesiæ rema-  
nentium ultro supremum detulit impe-  
rium, quod tamen Marchio acceptare  
noluit.

### §. LXXIV.

#### *Cardinales Legati ad Sigismundum Imperatorem missi.*

Italia ad tam luctuosum statum a Ladis- Bzov. ann.  
lao redacta, unice liberatorem suspira- 1413. num:  
bat, omniumque spes & oculi in solum<sup>24</sup>.  
Sigismundum Imperatorem intenti hæ-  
rebant; ipsiusmet enim potissimum inter-  
rerat, ut adversus Turcas Hungariæ  
regnum misere devastantes, Christianos  
Principes adunaret. Hac ratione per-  
motus Imperator, Forojulii adhucdum a-  
gens, bellum, quod cum Venetis ob quas-  
dam terras in Dalmatia ab eis vi de-  
tentas gerebat, induciis ad quinquen-  
nium pactis ponere decrevit. Eodem  
quoque tempore Georgius Adornus  
Genuensis Reipublicæ Dux suos illuc  
misit Legatos, quos Sigismundus perbe-  
nigne exceptit, eisque omnium suorum  
privilegiorum, quibus sui Prædecessores  
hanc Rēpublicam antehac honorarunt,  
confir-

**Sæcul. XV.** confirmationem pollicitus est. Non multo post tempore Pontifex quoque ad Cæsarem duos legat Cardinales, nempe Antonium de Chalanto, qui tum jam partibus ejus accesserat, & Cardinalem Zabarellam unacum Manuale Chrysolora, Viro nominatissimo, quem ex eadem urbe eis Legationis solum adjunxit.

§. LXXV.

*Papa mutato consilio hos Legatos plenaria potestate instruit.*

Summus Pontifex ambobus hisce Cardinalibus dedit negotium, ut matruis consultarent de congregando Generali Concilio, quo pax Ecclesiæ restitui nonnulli Europæ Principes bello divisi ad concordiam revocari, & Ladislai victoriæ, ejusdemque tyrannis cohiberi possent. At locum pro celebranda Synodo designandum Joannes XXIII Papa sibi soli reservare decreverat, ita tamen, ut nulli quidquam de interno animi sui consilio suboleret. Fixum ergo destinatumque in animo ejus erat, Sigismundo imponere, atque Legatis palam in mandatis dare, ut Imperatori Synodi locum eligendi libertatem relinquerent; interim vero in secreto eisdem consignare literas, quibus nominatim juberentur, ac severe pro-